



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Annales Mariani Societatis Iesv**

**Nádasi, János**

**Romæ, 1658**

Anno MDLVII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42840**

tem pertinentia inculcabit. Litanias Beatissimæ Virginis Sabbato sub vesperum in sua clausa recitari iubeat; vel, si moris sit, in templum ad easdem cum ceteris audiendas ducat. Pietatem vero in eandem Virginem, & Angelum etiam Custodem discipulis diligenter suadeat. Hæc ibi.

ANNO MDLVII.

Vide In-  
citemen-  
ta  
n. 16.

130 Iacobus Ledesma, vir doctus, dum de Societate IESV ineunda deliberabundus circa perseuerantiani, & puritatis perpetuò retinendæ integritatem sibi metueret, à Deipara est adiutus, eo modo quem n. 65. refert Sacchinus. E cantu de puritate auditio simplices hosce versiculos affert Ioannes Fernandius, qui Romæ interfuit Theologiam docens, cùm hæc Ledesma moriens prodidit: *Quantum est donum castitatis! Quod Deus confert pietatis?* Hæc ibi. Alij sic referunt:

*Divina res est castitas!*

*Divina sunt &c præmia*

*Quæ continentि dat Deus.*

in A. S.  
B. V,

Suidas a-  
pud Cau-  
sinū sym-  
bol. lib. 2.  
v. 374

Ita hoc anno in Societatem est cooptatus. Huic Virgini commendandus & spiritus, & caro, cuius caro, ut loquitur B. Petrus Damian. ex Adam assumpta maculas Ade non admisit; sed singularis continentia puritas in candorem lucis æternæ conuersa est.

131 Hoc anno beneficentiam Deiparæ in re domestica vide in Sacchino à num. 94. & h̄c anno 1614. vbi B.V. in pecunia, & alijs in opiam Collegij adiuuit. Iuno moneta olim dicta Romanis: & in eius templo pecunia cudebatur. nostro ærario praeficiatur non Iuno moneta, sed MARIA DEI Mater quam etiam Vngari in aurea argenteaque suâ monetâ impressam gestant.

AN-